



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Iona Propheta**

**Luther, Martin**

**Argentorati**

**VD16 B 3892**

Capvt Qvartvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36534**

## IONA

## CAPVT QVARTVM.

A Team dei clementiam, dolenter  
Admodū tulit Iona, & propterea  
succensuit, ac deprecatus est dominū  
& dixit, Obsecro domine, nōne hoc  
uerbum meū, quom adhuc essem in  
terra mea, propter quod & præueni,  
ut fugerē ad mare, quoniam noui q̄  
tu deus misericors & miserator, lon-  
ganimis aut lentus ad iram & multæ  
miserationis & pœnitentiæ super ma-  
lo, & nunc domine, suscipe quæso a  
nimam meā a me, melius est enim mi-  
hi, quam uiuere, mori. Dixitque do-  
minus, num iusta iracundia tua: & e-  
grediebatur Iona ex urbe, & sedebat  
e regione urbī, & fecit sibi illicum-  
braculum, sed itq; sub eo sub umbra,  
donec uideret quidnam urbi accide-  
ret. Parauit autem dominus deus ui-  
tem albam, & fecit ascendere super  
Ionam, ut præberet umbram capiti e-  
ius, ut eriperet eum a malo suo, & ga-  
uisus est Iona ob uitam albam gau-

b dīo

IONA

dio magno, Parauit aut̄ subinde deus  
uermem, quoniam aurora mane illuces-  
ceret, & percussit uitem albā, & aruit  
Et contigit, ut orto primū sole Deus  
pararet uentū uarentē orientalem, &  
attigit sol caput Iona, adeo ut exanis-  
mis redderetur, & animæ suæ morte  
dep̄caret et diceret, Satius mihi ē mo-  
ri quam uiuere. Dixit porro deus ad  
Ionom, num iuste succenses uitioꝝ q̄ re-  
spondit, iuste succensoꝝ, uel adusq;̄  
mortem. Dixitq;̄ dominus, tu succen-  
ses propter uitem candidā, quæ neq;̄  
tuo labore p̄ducta est, nec in magni-  
tudinem creuit, Cæterum, ut una no-  
cte orta ē, sic una nocte perīst, Et ego  
non miserāte affectu tangar erga Ni-  
neuen, ciuitatē magnam, in qua sunt,  
ultra centum & uiginti millia homi-  
num, qui non nouerūt discernere in-  
ter dextrum & sinistrum, et iumento-  
rum copia?

Finis, Iona.

IN IONAM